


uel syderum, per foramina pinnularum penetrantes. Quod cum factum fuerit, describe in eadem Lamina uel Tabula, mediante gnomone iustissimo, uel alio ingenio, lineam perpendiculararem, quæ centro zodiaci, siue eclipticæ, rectissime incidat: ac deinde in eadem linea, id est, in medio rotulæ, centrum diligentissime quære, ex quo circulos omnino tres, circino mediante, produces, duo facientes spatia: quorum primum singulis latitudinum syderum gradibus applicabis: Alterum uero numero graduum recte communicabis. Quin etiam per idem centrum adhuc alia, ad angulos rectos, ducenda erit linea, prio-

ri scilicet per pēdicularis, quæ dein = ceps eclipticam zodiaci in Crista iustissime representabit. Porro ab eadē linea numeros latitudinum incipies, siue Septentrionales habere uelis, siue meridionales. Septentrionales quidem ascendendo consequeris: Meridionales autem descendendo,



f iij ita